Prosił potym tenze Czausz y uczynił drugi raz instantią przez P. Otfinowskie° iuz tellko
iednego gorąco upominaiąc się Posła Chłopca, życząc sobie tego aby za tym Posełstwem
mógł go Oycu iego własnemu oddać, y tym to ze wielkiey powagi swego Posełstwa dostał
oświadczyć, namieniwszy y to ze rzecz niegodna aby przyiazn miedzy tak wielkimi naro-
dami dla małey rzeczy zrywać się miała, a kiedy JKMć to mi darować raczy o co proszę
będę umiał w tych tam kraiach oświadczać chęc y przyiazn moię JKMći y Koronie Pol-
skiey; gdyż tu moia siwa broda wszędzie przistęp ma y będzie miała.
Pacitis potym Verbis JMP. Podkanclerzi przywoławszy do siebie P. Otfinowskie° de-
clarował ze się z Mechmet Agą koło tego znosić miał.
Przistąpił potym tenze Mechmet Aga Poseł do pocałowania szaty Je° Kró. Mci
z synem swym Diakiem y ze dwiema Turczynami.

Responsum siue resolutio S. R. Mtis Regentibus Ducatus Prussiæ sub tempus imminentis belli à Suecis data Anno Dni 1637

Cum duobus potissimum modis belli gerendi ratio velut quibusdam neruis et fundamentis contineatur,
milite et pecunia ut vnum sine altero inutile sit utrumq; S. R. Mtas pro amore et sollicitudine erga Du-
catus Prussiæ securitatem et salutem, imminente bello necessarium prouidere duxit. Ac primum quidem
quod attinet ne hostis imparatam et vacuam à milite offenderet Prouinciam eum mature conscribendum
ordinauit et ad manum esse iussit; qui quidem ducta ratione amplitudinis Ducatus et frequentia Oppido-
rum ac Arcium, ad numerum octo millium et vnius centum redigi et auctorari debuit, ut eum iam non sit
interum vel reuocare, vel diminuere nisi forte sub lustrationis tempus de præscro Tribunis ac Præfectis nu-
mero, aliquid sit defuturum, passuram S. R. Mtem, ut nonnisi ex fide ac testimonio Lustratorum qui mi-
litum capita recensebunt, stipendia assignentur, quod quidem non ipsis tantum Ciuitatum gabellis uti debere
uerum aliis quoq; diuersis contributionibus in id sciscendis S. R. Mtas existimat. Legionum vero quæ con-
scribuntur, quarum singulæ cohortes ducentis constabunt peditibus ordo et numerus Internuncio Sermi
Electoris in scripto tradetur.
Porro Redenianam Legionem una cum suo Tribuno, ob rones Sac. R. Mti productas Memellam restitutis
locis sequestratis deducendam permittit, ea tamen condone ut illico posteaquam Arcem Memelensem fuerit
ingressus S. R. Mti, Reipub. ac Electori iuramentum conseruandæ fidei et Arcis præstet. Si vero S. R. M.
opera præfati Tribuni et Legionis tanquam veteranæ et exercitatæ indiguerit, ea de re cum Sermo Electore com-
municabit. Quod si arx ista subsidio aliquo in casu obsidionis opus habuerit, id promptum et paratum ab
Exercitu Lituanico qui illi oræ incumbet, habebit. Ut autem isti Legioni stipendium trimestre ex contribu-
tionibus Ducatus numeretur, non abnuit S. R. M. quanquam libenter uideret et acceptaret, si Illmus Ele-
ctor loco nauium quas tempore belli vigore pactorum apparare tenetur, et vice vnius cohortis armatorum idone-
ris in se sumeret: Quia tn ex ronibus adductis huic offo ad prns videre Sermus Elector nequeat, annuit Sac.
Reg. Mtas, post elapsos vero hosce tres Menses dispiciet S. R. M. communicato cum Sermo Electore vel il-
lius Consiliariis ac Regentibus consilio, unde dictæ Legioni poterit ac debebit stipendium persolui
Ut statuta mature militi Regentes assignarent monuit eosdem sæpius S. R. M. quos et ad prns monet, ut rem
maturent accersitis ad se Colonellis ac in primis Rudwelsio, ne si quid exinde in publicum detrimenti exortu
et enatum fuerit, penes eos culpa maneat. Congruum autem humanitati et æquitati esse censet ut interea
quoad dies et tempus Lustrationis non aderit; ad Ciuitates Regiomonta et Bartensteynio exceptis miles admitta-
tur, quod Regentes apud easdem Ciuitates procurabunt et efficient, et quominus miles Officialis et Incolis sit
grauis consentit S. R. M. ut viritim et in singula capita rationem tm Colonellorum et Officialium esse habendam S. R. M.
iuxta ordinationem Gnalis Exercitus censet, hebdomadatim quatuor marcæ Prutenicæ a 1° Junii computatas numeren-
tur, quam summam Capnei singulorum locorum ab Incolis oium Ordinum cuiuscunq; Præfecturæ, seruata æqualitate exi-
gent, quibus marcis receptis, nihil amplius miles ab Incolis Ciuitatum siue ad uictum siue in quasuis alias ne-

cessitates

cessitates sub pœna capitis extorquebit. Cupit porro S. R. Mtas ut Schenkio certis ex rationibus Ragneta
et Tylsitta pro stativis, Kreytzio Insterburgum, cum adiacentibus locis cedant.
Indigenas Legionibus merito præfici debere æquum et consentaneum cum Illmo Electore Sac. Reg. Mtas
censet, Redebium quoque licet sit extraneus, in Offo Tribunatus tolerari in præsenti expeditione bellica posse declarat.
S. R. M. At enim Colonellos Regiis litteris constitutos mutari et revocari, non esset ex dignitate S. R. Mtatis,
ipsorum vero honori plurimum obesset. Monebuntur vero nonnulli ut sese intra modestiæ cancellos contineant,
neminem damnis afficiant, iniuriisque aut minis vexent. In maioris Kreytzianæ Legionis (ut vocant) crimen
seria indagatio decernetur interea ante Iudicium ab Offo et Legione amoveri non expedire S. R. M. censet. Præter
ea omnibus Colonellis, et Officialibus denunciari S. R. M. curabit, ut Sermo Electori Duci in Prussia uti suo et affini suo
debitum cultum et honorem, fidem et obsequium exhibeant, nullam offensionis notam et occasionem præbeant, quod
si aliquis verbo aut facto, suam Sertem læsisse accusatus fuerit, de eo S. R. M. prævio examine cognoscet, ac in teme-
rarios animadvertere iubebit.
Canthenum prævio fidelitatis iuramento sub supremo Pudwelsii locis subcastrensibus præesse S. R. M. permittit,
Stipendia militibus qualiter erunt persolvenda ex speciali S. R. M. ordinatione constabit, qui quidem omnes et
singuli sacramento sese militari S. R. Mti, Reip. et Illmo Electori peracta lustratione, quæ ad 24 Iunii decer-
nitur, in solenni et usitata forma obstringent. Quoniam vero habita lustratione stipendia in trimestri vix numera-
ri ob tardas rationes ærarii poterunt, interponet S. R. M. authoritatem suam ut Colonelli unius Mensis stipendio in parata
acquiescant, ratione vero pannorum et quæ militi ad usum et vestitum promore dari consuetum est, ut fidem suam Dni
Regentes cum Ordinibus apud Mercatores interponant requirit S. R. Mtas. Expediret tamen si non protribus, sal-
tem duobus Mensibus comparari et numerari militi stipendia. Arma Colonelli more in Polonia recepto tenentur
militibus subministrare, quorum deinde nomine de eorundem stipendio erogatum pretium recuperare solent. Quod si
Kreytzius aliqua arma ex armamentariis Ducalibus sumpsit, ea ad armamentarium in pari numero referet.

De locis muniendis

Etsi Sac. Reg. Mtas existimavit securitati locorum versus lacum Curonicum exitium, per DD. Regentes prout eos
multo ante sæpius Regiis suis litteris hortabatur vct. ostio Gilgæ, confluenti Russiæ cum Gilga, Tylsitta, Labiaw
Velawiæ, Tapiaviæ, Krantzkrug, idonee prospectum fuisse, cum tamen hucusque nihil in iis locis inchoatum fu-
isse intelligat, iterum serio commonendos esse officii censet, ut manum convocatis undique operis tam necessario
rei, a qua salus et securitas Provinciæ pendet apponant, et quantum per angustias temporis licebit, ex consi-
lio et ingenio munitiones fieri et perfici, ac quicquid opportunum censuerint sumptu ærarii communis procu-
rent. Quæ loca cum fuerint communita, necesse est ut commeatu quoque sufficienti ac convenienti instruantur, in
iisque miles vernaculus, tantisper collocetur, donec miles stipendiarius submissus fuerit. Operæ pretium etiam
esse putat S. R. Mtas, ut ad ostium Portus Memelen munimentum non mediocriter convulsum et corruptum re-
stauretur. Cum vero Sueci ad restitutionem iuxta tenorem pactorum in eodem quo acceperunt statu obligentur, mo-
nendi sunt ut fortalitium ab eis neglectum, integrum et nulla parte destructum restituant, vel saltem eam secu-
ritatem isti tractui tantisper præstent, donec plena reparatio fortalitii perfecta fuerit, neque prius antequam alte-
rutrum fiat Mariæburgum cum fortalitio ad Vistulæ divortium sito restituatur. Qua de re Electorales Comissarii
moneantur, ipsa etiam S. R. Mtas suos Deputatos monitura est. Prospiciendum quoque est et aliorum locorum
securitati, quæ Pregelam et lacum Pruthenicum attingunt vct. Insula Aucher, Brandeburgo Balgæ, Heyli-
genbeyll, Hollandiæ, Morungiæ, Osterodio, Schippenbeillio, Fridlandio, Alenburgo et aliis, idque diligenter Sac.
Reg. Mtas requirit ac efflagitat.
De cura Regii Montis sedula habenda constans est S. R. Mtis sollicitudo et constantia, quam unius impeno una cum sub-
urbiis et locis subcastrensibus defendendam contra hostem indicat, quam et illud ut Gubernator Pudwelsius cum
Supremo Burgrabio Tesseram militarem edicant, cuius Tesseræ, Proconsules quoque participes esse vult S. R. M.
Quod attinet fortificationem delineatam Civitatum (tempus enim nova munimenta extruere non patitur) eam
ab utrinque continuari et absolvi S. R. M. desiderat, in posterum vero S. R. M. de contractiore huius fortificationis forma
vel ex propria oculari inspectione, vel ex censura artis fortificatoriæ peritorum, id decernet, quod necessitas eum se-
curitate Civitatum et locorum adiacentium requiret. Et quoniam securitati Prægelæ Illmus Elector novo claustro et
munimento providere, in se recipit, acquiescit Sac. Reg. Mtas.

De nervo rei pecuniariæ

Intellexit S. R. Mtas ex Nunciis suis qui Conventui Salfeldensi nomine Regio interfuere, laudatas meo pro
defensione Ducatus contributiones, ac extraordinariis tempus S. Ioannis Baptistæ, assignatis in plerumque etiam media pecu-
niæ colligenda, a Sermo Electore, Ordines consensisse, quibus quidem tunc acquiescit Sacra Regia Maiestas.

Quod si

Quod si decreta Contributiones in stipendia militis collecti et munitionem bellicam ad hasq necessitates non fuerint
sufficientes, tum demum S. R. M. de reassumendo Conventu statuet, in quo media nõe Regio a Nunciis S. R. Mttis
proponentur, quæ pro colligenda convenienti summa Ordines amplectantur. Ibidem quoq S. R. M. urgebit, ad evi-
tandos frequentiores Conventus, ut ex Consiliariis Terribus, Nobilitate, ac Civitatibus, (salvis tamen eorum in po-
sterum Privilegiis) deputentur Commissarii qui habeant ptatem cum Regis et Sermi Electoris Legatis eadem contribu-
tionum media augendi vel prorogan necessitate ita exigente et periculo urgente.
Auctionem Portorii, cum illud subsequenti bello cessare et vacare necesse erit, minus consideran esse S. R. M. exi-
stimat: residuum autem Contributionum et Stationum factionis et pacationis tempori S. R. M. examinandu relin-
quit, ad prius enim nihil spei et certi præsidii in eo collocat cum præsertim inter Sermum Electorem et Ordines affir-
metur intercessisse quandam hoc noẽ compositionem. Ita vero laudandas esse et circumscribendas contributiones
S. R. Mttas indicat, ut omnes peræque ordines afficiant. Quanquam de inferendis gabellis et Contributionibus quæ
a Civitatibus Regiomontanis colligentur in ærarium publicum, nihil innovat S. R. M. totumq negotium in suo
robore relinquit: nihilominus expensura est, dum in Prussiam feliciter venerit, præsentibus tam Consiliariis Re-
gentibus, quam aliorum Ordinum et Civitatum Nunciis, rões hinc inde allegendas. Illud præterea consideran-
et examinan veniet, utrum præter gabellas, alias contributiones in ærarium commune Civitates Regiomontanæ
exsolutis primum militi proprio stipendiis alisq necessariis, quæ ad munitionem Civitatum, Suburbiorum, et locorum
Subcastren pertinent provisis inferre poterunt.
Porro ut Illmus Elector in molendinis totius Ducatus certum quid ex omni collato frumento pro modio in rem
communem et defensionem locorum subcastren exigat æquum S. R. M. indicat. De gabellis in aliis locis per Du-
catum prout in Civitatibus sunt constitutæ, instituen, relinquit S. R. M. ulteriori sub adventum suum in Prussiam tra-
ctatui. In exactione gabellarum in Civitatibus Regiomontanis, Proconsules circa beneficium concessum, absq præ-
iudicio iuris Electoralis conservat, rões tamen perceptorũ et expensorum iis tenebuntur reddere, quibus S. R. M.
una cum Electore negotium hoc commiserit, qui etiam et præteritarum Contributionũ ab Ordinibus laudatarum
rationes subducent.
De edictis emanatis rõne gabellarum, posteaquam S. R. M. constiterit, decernet id quod præsentis temporis necessitas sal-
vo iure per oia Illmi Electoris exigit. Contributiones a reliquis Ducatus Ordinibus laudan, more antiquo in commu-
ne ærarium inferen esse indicat, cui rei et dispensoni Deputati quoq S. R. M. et Electoris intererunt, ac sese
iuxta præsertim Regium, cui omnis defendendæ Provinciæ modus et potestas, tam ab Illmo Electore, quam ab omni-
bus Ordinibus permissa et tradita est, gerent. Porro si Ordines benevole ad sufficientes expensas bellicas conde-
scendere noluerint, considerabit et concludet S. R. M. qualiter pro rei necessitate et ptate Suprema procedendũ
ac securitati et saluti Ducatus prospicien erit

De specialibus Sermi Electoris postulatis et desideriis

Benigne annuit S. R. Mtas ut Domus Aeconomicæ, prædia, et arces, tam Illmi Electoris quam Nobilium et
Civitatum in Ducatu ab omni munia et hospitatione militum sint omnino liberæ. Quod si militem aliquem per
Ducatum transire contigerit, monebit S. R. M. ut ad Civitates, cum in pagis difficile sit disciplinam servare, mi-
litarem divertant, ibidemq absq noxa et maleficio pernoctent. Cibaria tamen ex æquo a vicinis omnibus tam
agricolis quam Oppidanis pro iusto precio subministranda erunt, qua in re inter Ordines exactam æqualitatem
Sac. Reg. Mttas perquam necessariam et observan esse censet. Ne autem præter militem assignatum alio Exercitu
Ducatus (nisi aliud inevitabiles casus, qui in bello non raro evenire solent suadeant) gravetur, providebit
S. R. Mttas. Si porro commeatus et sustentatio aliqua necessario requireretur, non tenebuntur quidquam Inco-
læ Ducatus nisi pro iusto precio subministrare
Ad retinendam disciplinam militarem publicabuntur præscripti sub pœnis gravissimis articuli. Producto vero
in campum Exercitu, communicato cum Ducibus Exercituum, ac Illmo Electore, vel cuiuis quoq ad eam rem
delegabit consilio, id S. R. Mttas, rõne disciplinæ militaris et gerendi belli constituet, quod rebus Electoris et
Ducatus expedire animadverterit. Annuam pensionem et subsidium ordinarium a Sermo Electore Regi debi-
tum, quod ad annos præteritos exsolvendũ esse necessario S. R. M. existimat, in posterum vero, ut durante bello ratio
Sermi Electoris habeatur apud Ordines S. R. M. autem suam diligenter quantum poterit interponet; Damna a mili-
tibus Truchsessii et Kreytzii aliorumq Colonellorum, ut per inquisitionem loci Capiteorum indagentur, permittit
S. R. Mttas, quæ cum probata fuerint ea resarciri ac pœnas in autores extendi S. R. M. serio demandabit.
Negotium Kreytzii desiderat S. R. M. durante expedone bellica suspendi, non abs re tamen fore si ca-

pita præcipua